

*Presented by  
C. W. Brewster  
from the Author.*

# MONOGRAPHIA

## CHYSIDUM SVECIÆ

quam

Venia Ampl. Fac. Philos. Acad. Lund.

p. p.

A. GUSTAV. DAHLBOM, <sup>K</sup>  
*Philos. Doct.*

et

Respondens

PAULUS GENBERG, <sup>x ref.</sup>

*Norrländus.*

*Stip. Reg.*

Z.D.

In Lyceo Carolino die XII Decemb. MDCCCXXIX.

---

LONDINI GOTHORUM  
Ex Officina BERLINGIANA,  
MDCCCXXIX.

1829



*Härads-Höfdingen*

*Högädle*

*Herr ANDERS M. DUBERG,*

samt

*Härads - Höfdingskan*

*Högärla*

*Fru DIDRICA DUBERG,  
född BROMANDER,*

tillegnas denna Academiska Afhandling

tacksamt och ödmjuhast

af

*GUSTAF DAHLBOM.*

*KONGL. MAJST:S*

*Trotjenare,*

*f. d. Majoren vid Jemtlands Kongl. Fält-  
Jägare Regemente,*

*Wälborne*

*Herr ANDERS G. ÖRBOM,*

*och*

*Majorskan*

*Wälborna*

*Fru CHRISTINA J. ÖRBOM,*

*född EURENIUS,*

tillegnas dessa blad såsom ett, ehuru ringa,  
bevis på den uppriktigaste erkänsla, tacksam-  
het och vördnad

*af*

*PAUL GENBERG.*

## CHYSIS.

Latr, Gen. Crust. & Insect. 479. Linn. Fabr.  
Fall. Dispos. Hymen. *Hedychrum*. Latr.

Antennæ fractæ 13-articulatæ filiformes  
l. subsetacete ad aperturam oris insertæ. Ab-  
domen brevissime petiolatum, basi truncata-  
tum, supra convexum marginatum, segmento  
secundo maximo, subtus fornicatum.

*Corpus* mediae l. minoris magnitudinis, oblongum  
glabriuscum, impresso-punctulatum, convolvens.  
*Caput* thoracis latitudine, transversum. *Frons* infra-  
retusa. *Oculi* ovati, in vivis bruneo-nigri. *Stem-  
mata* in vertice 3 distincta, in triangulum dispo-  
sita \*). *Antennæ* longitudine fere capitis cum thorace,  
fractæ, rigidæ, extrosum sensim attenuatæ, apice  
post mortem convolutæ, apertura oris insertæ, ap-  
proximatæ, 13-articulatæ (præter radiculam), articu-  
lis 1:0 (scapo) longissimo, 2:0 brevi, 3:0 elongato,  
4-4:2 brevibus, ultimo subconico. *Mandibulae* exsertæ,  
latere interno uni-aut tri-crenato. *Palpi* filiformes,  
maxillares maxillis longiores, 5-articulati, labiales 3-  
articulati. *Truncus* antice posticeque truncatus, in  
quatuor segmenta per suturas tres transversas divi-  
sus, quorum primum collare & secundum dorsale

\*) "Verticem absque stemmatibus" immerito describit  
Fabrisius.

*thoracem* constituant, & tertium quartumque *metathoracem* efficiunt. *Metathorax* iterum e tribus formæ diversæ segmentis constat, quorum primum transversum; secundum s. medium scutelliforme, triangulare, apice sèpissime declinatum, muticum; tertium s. ultimum angulis posticis depresso in dentem vel spinulam utrinque productum. *Abdomen* oblongum aut ovatum, supra convexum, subtus concavum, 3-segmentatum. *Alæ* superæ sèpius fusco-hyalinæ, nervis plerisque minus perspicuis, at arearum costalium prima & ultima in stigmate notabili coenentes, plerumque distinctissimæ; inferæ hyaline, nervis obsoletissimis. *Pedes* breves, validi: tibæ spinis ordinariis brevibus; tarsi 5-articulati.

*Differentia sexus* externa fere nulla, at facta ab dominiis intra dertos compressione, erumpitur e summo aut genitale *Mari* intra duas lamellas cornreas acutæ & feminæ vagina articulata longissima, cujus apice aculeus intra duos stylös insidet, cum maximo dolore pungens.

*Habitant* Insugines totaestate in cùlibus, fossis et mûris argillaceis ut etiam in parietibus & truncis arborum emortuarum, agilissima & sole lucente numquam quietia. In eismodi hûrum foraminibus, vni Apiaria nidos suos extruxerunt, metamorphosin subeunt Larvia. Scilicet femina *Chrysidum* ova in his foraminibus depontunt & Apiarium progenie sic destructa, propriam prolem conservant.

Svetice vocatur: *Guld-Stekel*; Germanice: *Gold-Wespe*, ob colores splendidos, metallicos, quibus species omnes ornatae sunt.

*Typus generis: Crysia ignita & lucida.*

SECT. I. *Alæ* areis distinctioribus, ultima costata concavis, ad apicem alæ fere producta. *Mandibulae* latere interno tantum uncinato. *Labium* apice integrum. *Cörper* elongatum profunde punctatum. *Abdomen* oblongum seg-

mento ultimo sepiissime dentato, serie intramarginali transversa punctorum profunde impresso so. (*Chrys* Latr.)

*Abdomine aureo.*

4. *Chr. fulgida*, nitida, capite, thorace abdominisque primo segmento cyaneis, reliquis aureis, antennarum flagello tarsisque nigris, ano quadridentato.

*Mas: abdominalis segmento secundo basi macula magna semicirculari violacea.*

*Fem: abdominalis segmento secundo reliquo vana- li concolore, aureo.*

Linn. Syst. Nat. 2. 948. 7. Fn. Sv. 1669 (♀ Diga-  
gn. ♂ Descr.) Fabr. Piez. 172. 11. Ent. Syst. 2.  
260. 8. ♀ Panz. Fn. Germ. 79. It. 715. ♀ Bessais  
Ent. No V. par A. D. Hummel p. 45. 552. Nat. 2.

Hab. in Scania, Smolandia, Ostro- & Westro-  
gothia passim; Upsaliae a Linni; nigricans in ar-  
gillaceis.

*Mas. & Fem. Maxima nostratum hujus generis.*  
*Subpubescens, cyanea, abdominalis segmento secundo in d. dimidiatim, in ♀ loto ultimoque in utroque scutis aureis. Abdomen subtus aureo - viride. Frons etiam sepe viridis.*

Var. ♀ thorace maculis viridibus. E. Westro-  
gothia D. Professor. DALMAN.

5. *Chr. ignita*, nitida, supra cyanea, subtus vi-  
ridis, antennarum flagello tarsisque nigris,  
abdomine aureo, ano quadridentato.

Linn. Syst. Nat. s. 947. t. Fd. Sv. 1665. De Geer Ins. 2. s. 151., t. T. 28. f. 17. 18. Fabr. Pieza. 173. 14. Ent. Syst. 241. 10. Panz. Fd. Germ. 5. t. 22.

Hab. in muris & paristibus mens. Majo- Sept. per totam Sveciam vulgaris, ad Ruthe Gotlandiae d. 15 Jul. in copula capta. Pungens & vulnerans uti *Apia*.

**Mas & Fem.** Magnitudine fere prioris gaudet, praesertim femina. Subpubescens, cyanus, fronte sa- pe, maculis thoracis & metathoracis, pectore abdomi- neque viridibus, hoc dorso aureo. Oculi in vivo ut in conspeciebus inigro-brunnei, post mortem similes aut interdum glaucescunt.

**Var. b.** ♀ duplo fere minor, pulchre viridis, antenarum flagello tarsisque nigris; thoracis segmen- to secundo scutellique apice cyaneis; abdominis dor- so aureo.

Hab. ad Wadstenam Ostrogothia, rariissime, d. 15. Juli 1827 capta; etiam duas feminas mense Aug. 1829 in Medhamra-Ång prope Wadstenam legi.

**Var. c.** ♀ Statura & magnitudo varietatis a, dif- fert tamen thoracis metathoracisque segmentis pri- mis aureo maculatis.

**Unicum** individuum feminineum in colle argillaceo huic & illuc volitans prope Stampströmmen in Ege- bylund haud longe a Lärketorp Ostrogothia d. 4 Aug. hujus anni detegere mihi contigit.

5. **Chr. bidentata** nitida, virescenti cyanea, antenarum flagello tarsisque nigris, thoracis dorso abdominalisque medio supra, aureis, ano truncato obsolete quadridentato.

Linn. Syst. Nat. 2. 947. 2. Fabr. Piéz. 16. 173.  
Ent Syst. 2. 241. 11. (exclus. forte Syn. De Geerii)  
Panz. Fa. Germ. 77. t. 15.

Hab. in Scania, Ostro-Gothia ex. gr. ad Lärketorp, ibique d. 4 Aug. mihi obvia, & Westro-Gothia ex. gr. ad Sparresäter, passim; e Smolandia quoque a D BOREMANN missa, & ad Lundam uterque sexus diebus 25—30 Juni a me captus.

*Mas & Fem.* Præcedente paullo minor. Subpubescens. ♂ magis virescens, ♀ coerulescens, fronte antennaruinque articulo secundo in utroque sexu plerumque viridibus. Thoracis dorsum & meta-thoracis segmentum primum totum secundumque basi aurea. Abdominis quoque segmentum primum supra apice lunatim secundumque totum aurea; ventre coerulecente. Anus dentibus 4 brevissimis.

4. *Chr. segmentata* virescenti cyanea, antennarum flagello tarsisque nigris, fascia antescutellari abdomineque aureis; abdominis segmento ultimo virescenti cyaneo, ano rotundato obsoletissime quadridentato; alis hyalinis.

Habitat ad Kåseberg in Parœcia Löderup Scaniae mense Augusto, rarissime, Nob. Inventore ESKHARD MUNCK AF ROSENTHÖLD.

*Mas?* Præcedenti æqualis L minor, sequente major; media inter *Chr. bidentatam* & *succinctam*. Frons, macula thoracis, pedes & venter viridia. Antennarum scapus concolor; ceteris articulis uns cum tarsis nigris. Fascia antescutellaris & abdomen aurea, segmentum quartum l. ultimum virescenti cyaneum; unde nomen. Anus rotundatus, dentibus quatuor obsoletissimis. Alæ hyalinae nec ut in conspeciebus fuscentes.

g. - *Chr. succincta* cyanea, collaris antico pedibusque viridibus, antennarum flagello tarsisque nigris, thoracis fascia dorsali abdomineque aureis, ano rotundato breviter quadridentato.

Linn. Syst. Nat. 4. 947. 3. ♀. Fabr. Piez. 174.  
19. Ent. Syst. 2. 241. 13. ♂ Panz. Fn. Germ. 77.  
t. 16. *Chr. nitidula* Ahrens. Fn. Europ. Fase. 4 fig.  
18 var. *feminea*.

Hab. in Scania, Blekingia, Ostro- & Westro-Gothia mensibus Julio & Augusto passim frequens; in praedio Hammarby Uplandie D. a LINNE; etiam in Smolandia a D. BOEHMANN communicata.

*Mas & Fem.* *Chr. ignita* duplo minor. Subpubescens. Cyanea, fronte, thoracis antici maculis, metathoracis 1:0 segmento, pectore pedibusque viridibus. Thoracis segmentum secundum dorsale & abdomen totum etiam subtus aurea. Anus dentibus 4 brevibus. Maculae in collaris antico in ♀ sappius viridi-aureas ut in figura Ahrensi. Tarsi maris interdum pallidi & antennarum flagellum basi virescens.

6. *Chr. bicolor* nitida cyanea, antennarum flagello tarsisque nigris, abdomine aureo, ano truncato integerrimo.

Hab. in Westro-Gothia ratus; etiam in Smolandia a D. BOEHMANN detecta, museo D. ZETTERSTEDT; duo quoque specimen feminae unum Upsalie a D. FALANDER, alterum in Fionlandia captum Gelehrimus Domin. a Concilii Commerciorum ex Equo Schönherr sub nomine *Chr. austriaca* mihi benevolè communicavit.

*Mas & Fem.* Magnitudo fere & summa. *Chr. ignita* similitudo, at aho truncato, integerrimo ab illa mox differt. Subpubescens. Cyanea, fronte

11

maculisque thoracis viridibus; antennarum articulo secundo viridi, tertio cyaneo. Pedes quoque vires-  
cunt. Abdomen oblongum, profunde punctatum, nec ut in *Chr. austriaca*, cui etiam subsimilis, subtiliter punctulatum. Segmentum ultimum truncatum, mar-  
ginatum, integerimum, linea transversa intramargi-  
nali in aliis (forte femineis) profunda, in aliis (forte  
masculis) leviter tantum impressum. Nervi et area  
alarum omnino ut in *Chr. ignita*.

*Chr. austriaca.* vide Sect. 2ndam.

○ ○ *Abdomine cyaneo.*

7. *Chr. nitidula* supra cyanea, subtus viridis,  
antennarum flagello tarsisque nigris, ano  
distincte quadridentato.

Fabr. Piez. 176. 31. Ent. Syst. 2. 243. 21.

Hab. in sepibus, truncis arborum & parietibus  
ligneis Ostro-Gothie haud frequens; e Westro-Gö-  
thia quoque missa. ♂ In Ölandia mense Jul. a Ce-  
leberrimo ZETTERSTEDT captus. Etiam ut Finlandie  
incola a D. SCHÖNHERR missa.

*Mas & Fem.* Magnitudo *Chr. ignita*. Subpubes-  
cens, cyanea, fronte thoracis maculis magis vel mi-  
nus perspicnis, abdominis segmentorum margine bipi-  
gali, ventre, pectore & pedibus viridi-micantibus.  
Anus rotundatus, dentibus 4 mediocribus. Nervi  
alarum distincti.

Var. b. ♂ duplo minor, area subcostali inter-  
media incompleta, nervulo scilicet e puncto costali  
in discum excurrente, &c unum lajus areæ triangu-  
laris formante, abrupto; forte monstrosa. In mu-  
seo D. Professoris ZETTERSTEDT asservatur.

8. *Chr. cyanea* supra cyanea, subtus viridis,  
antennarum flagello tarsisque nigris, ano ob-  
solete tridentato.

Linn. Syst. Nat. 2. 948. 5. Fn. Sv. 1667. Fabr. Piez. 176. 20. Ent. Syst. 2. 243. 20. Panz. Fn. Germ. 51. t. 10. Essais Entomologiques No. V. par Arv. Dav Hummel, p. 45. 56.

Hab. in parietibus ligneis, in truncis arborum aridis, in sepibus & muris, in Scania, Smolandia, Ostro- & Westro-Gothia passim frequens.

*Mas & Fem.* Statura, color & summa affinitas praecedentis, sed duplo, interdum triplo minor & structura ani certe distincta. Ex utraque quoque ambo occurunt sexus. *Mas* *semina* plerumque minor. Anus parum rotundatus, dentibus tribus brevissimis, obsoletis, medio paullo evidentiori.

SECT. 2 *Alæ nervis obsoletis, area costali prima ad basin completa, reliquarum fere tantum rudimento. Mandibulæ latere interno tricrenato; Labium emarginatum, Latr. Corpus brevius. Abdomen sæpius ovatum subtiliter punctulatum, segmento ultimo inermi, nec serie intramarginali impresso (Hedychrum Latr. & Panz. Elampus Latr.)*

° *Abdomine aureo l. ferrugineo. Majores.*

9. *Chr. lucidula*, nitida, cyanea, antennarum flagello nigro, tarsis fusco-ferrugineis, thoracis dorso abdomineque aureis, ano integro.

Fabr. Piez. 174. 21. Ent. Syst. 2. 242. 15. *Hedychrum lucidulum* Latr. Ins. 3 317. Panz. Fn. Germ. 51. t. 5. (fig. bonus).

Hab. in Ostro- & Westro-Gothiæ, Blekingiæ, Scaniæ hortis & muris passim non frequens. ♀ ad Esperöd die 5 Aug. capta; plures quoque seminas

in Spartesäter Westro-Gothia captas mihi communicauit D. SCHÖNREISS.

*Mas & Fem.* Longitudo sere *Chr. ignita*, sed multo latior, præsertim semina, quæ mare saepius duplo major. Brevisime pubescens, scabra. Cyanea, fronte, vertice, pectore & metathorace interdum hinc inde maculis viridibus. Thoracis segmentum primum & secundum dorso aureis. Abdomen supra rubro-aureum nitidissimum, subtiliter punctulatum, ventre nigricante. Anus late rotundatus, anguste nigro marginatus. Alæ fuscedine tinctæ. Tarsi feminæ saepè fuscæ.

Obs. Femina hujus speciei cum mare sequentis in copula certe juncta, semel deprehensa, qua harum specierum affinitas proditur.

10. *Chr. Regia* nitida, cyanea, antennarum flagello nigro, tarsis fuscis, abdomine ovato auncano integro.

Fabr. Piez. 175. 26. Ent. Syst. 2. 243. 19. Panz. Fn. Germ. 51. t. 9.

Hab. in Oströ- & Westro-Gothia, Smolandia, Blekingia passim haud frequens; in copula capta.

*Mas & Fem.* Magnitudo, statura & summa præcedentis similitudo, nec differt ab illa nisi colore thoracis dorsi cyaneo, maculis interdum viridibus, qui in priori specie semper aureus. Tibiæ quoque in *Chr. regia* totæ virides. Tarsi maris saepè fusco-ferruginei.

11. *Chr. Rosa* cyanea, antennarum flagello nigro, tarsis fuscis, abdomine ovato ferrugineo parum nitido, ano integro.

*Hedychrum roseum* Rossi Mant. I. p. 136. *Chr. Carnea* β Rossi Fn. Etr. I. p. 75. *Chr. rufa* Panz. Fn. Germ. 79. 16.

Hab. in Ostro-Gothia rarissime; in Smolandia quoque D. BOEKMAN & in Westro-Gothia D. DALMAZ, teste Cel. ZETTERSTEDT, nec non e Sparresäter a D. SCHÖNREB ad me missa.

*Fem.* Præcedente duplo fere minor & colore abdominis ab illa præcipue distincta. Caput, thorax & metathorax profunde punctata, brevissime pubescentia, cyaena, hinc inde maculis viridibus Antennæ nigrae, scapo virescenti cyaneo. Abdomen ovatum, subtiliter punctulatum, ferrugineum, subopacum vel parum nitidum, nec aureo-resplendens. Anus rotundatus integer, margine angusto, concolore. Venter quoque ferrugineus, nec ut in specie priori niger. Alæ ut in duabus proxime præcedentibus, sed area costali ultima magis conclusa. Pedes cyanæ, tibiarum summo apice tarsisque fuscescentibus.

12. *Chr. austriaca* cyanea, antennarum flagello nigro, tarsis fuscis, abdomine ovato-oblongo, aureo-nitido, ano integro.

Fabr. Piez. 173. 15. *Chr. ignita* var. Ent. Syst. 2. 241. 10.

Hab. in Ostro- & Westro-Gothia rarius; a Cel. SCHÖNREB in villa Sparresäter capta mihique benevolè communicata.

*Mas.* & *Fem.* *Chr. ignita* affinis, ejus colore & statura oblonga, sed abdome multo subtilius punctulato & ano integerrimo ab illa mox distincta. A *Chr. regia*, cui etiam colore similis, differt, corpore multo angustiore ut & alis in medio tentum latè infuscatis, cum in *Chr. regia* alæ totè aquilater fuscedine subtiliter deprehenduntur. Caput

& thorax ut in præcedente constructa & colorata. Abdomen ovato-oblongum, subtiliter confertissime punctulatum, aureum nitidum, anō rotundato integro marginato, subtus concolor. Linea transversa intramarginalis punctisque impressa in segmento anali adest. Alae hyalinæ in medio infuscatae, nervis sat perspicuis, at area costali ultima aperta, incompleta. Pedes ut in priori.

• • *Abdomine virescenti cyaneo, aut aureo-viridi. Alis in disco & apice nervis obsoletissimis, areæque costalis ultimæ tantum rudimento. Minores. Nitidissimæ. Subglabré.*

43. *Chr. fuscipennis* supra viridi-cyanea, subtus viridis, antennarum flagello nigro, tarsis fuscis, alis hyalinis apice late fuscis, ano leviter emarginato.

*Hedychrum violaceum* (Rossi Fa. Etr. I. p. 848)

Hab. in Svecia media & meridionali ratiis; in monte insigni Omberg prope Wadstenam Ostro-Gothiæ d. 24 Jul., & ad Björnstorpp Scaniæ d. 20 Jun. a. Gel. Prof. ZETTERSTEDT detecta. E Smolandia quoque a D. BOHEMAN communicata. In Sparresäter Westro-Gothiæ 2 specimina a D. SCHÖNHERR capta & ad me missa.

Deser. *Chr. ignita* vix angustior, sed paulo brevior, corpore subpubescente, ut in sequentibus dibenter convolvente. Corpus in fundo quidem cyaneum s. violaceum, sed secundum diversum luminis situm viridi-nicat; subtus uti pedes virescentia. Antennæ nigrae basi virides. Tarsi fusi. Caput, metathorax & pectus profunde punctata. Thoracis quoque dorsum sat profunde sed parce punctatum. Abdōmen ovatum, supra valde convexum, subtilissime

confertim punctatum subtus fornicatum. Segmentum anale supra pilosum, apice rotundatum parum emarginatum. Alæ basi hyalinæ, apice late & distincte fuscæ. nervis obsoletissimis præter aream costalem primam formantes Nervulus quoque sat distinctus e puncto stigmatali excurrit aream ultimam (quemadmodum in sequentibus) inchoaturus. Pedes cyaneo-virides, tarsis fuscis.

*Not.* Individuum illud, quod in Omberg est captum, thoracis dorso & abdominis disco nigro-violaceis ut & ano levissime tantum emarginato gaudet, forte masculum?

14. *Chr. aurata* supra cyanea, subtus virescens, antennarum flagello nigro, tarsis fuscis, alis hyalinis apice late fuscis, abdome næneo-aurato, ano sat profunde anguste emarginato.

Linn. Syst. Nat. 2. 948. 4. Fn. Sv. 1666. Fabr. Piez. 175. 25. Ent. Syst. 2. 242. 18. Pauz. Fn. Germ. 51. t. 8.

Hab. in parietibus, truncis arborum, hortis &c. Ostro- & Westro-Gothiæ, Smolandia, Gotllandia & Scaniæ sat frequens. Mensib. Jun. — Aug.

*Mas & Fem.* Affinis præcedenti, sed dimidio minor præsertim mas, & abdome aurato, anoque perspicue emarginato ab illa tantum distincta. Scutellum gibbum. Abdomen supra valde convexum, splendidum, dorso rubro-cupreo, limbo viridi-aurato; segmentum ultimum subacutum, apice evidenter fiso. Venter viridis. Pedes & alæ ut in præcedente.

15. *Chr. integra* cyaneo-viridis, antennarum flagello nigro, tarsis obscure ferrugineis, alis

parum infuscatis, thoracis punctati macula dorsali abdominisque disco aureis, ano rotundato integro.

Fabr. Piez. 174. 17. Ent. Syst. 2. 241. 12.

Hab. in Ostro- & Westro-Gothia passim, haud frequens.

*Mas & Fem.* *Statura Chr. aurata* at paullo minor. Punctata, brevissime pubescens. *Viridis*, fronte, pectore & metathoracis segmento ultimo *viridi-cyaneis*. Thoracis segmentum secundum macula magna *viridi-aurea*. *Scutellum non gibbum*. Abdomen ovatum, supra valde convexum, subtilissime confertim punctatum, cupreo-aureum, limbo praesertim postico late virecenti. Segmentum ultimum apice late rotundatum, ano integrerimo. Venter *viridis*, limbo late nigricante. Alae fuscedine parum timetæ præter maculam in area costali ultima distinctiorum fuscum. Nervi ut in proxime præcedentibus. Pedes virescentes, tarsis obscure ferrugineis.

Var. b. ♂. Supra tota *viridis*, thoracis dorso abdominisque disco subconcoloribus, parum aureo-micantibus. E Westro-Gothia a Prof. DALMAN communicata. Mus. Prof. ZETTERSTEDT.

16. *Chr. aenea* virescenti cærulea, antenharum flagello nigro, alis tarsisque fuscis, thoracis dorso violaceo, abdome nigro-purpureo, limbo viridi, ano subemarginato.

Fabr. Piez. 175. 24. Ent. Syst. 2. 242. 17? Panz.  
Fn. Germ. 51. t. 7. *Omalus aeneus* Panz. l. c. 85. t.  
13. eadem videtur.

Hab. in hortis Scaniae, Smolandiae, Ostro- & Westre-Gothiae passim, mens. Jun. & Jul.

*Mas & Fem.* Parva præcedente duplo minor, glabra. Caput punctatum, viride, vertice cæruleo, occipite violaceo; antennarum flagello nigro. Thorax punctatus viridi-cyanus, dorso nitido violaceo lœvi l. punctis tantum paucis impresso. Metathorax profunde punctatus, virescenti cyanus, scutello gibbo. Abdomen ovatum, supra lœve nigro-violaceum, disco præserfim postico viridi, segmento ultimo subacuto, punctulato, summo apice membranaceo levis fâme tahtum emarginato. Venter viridis. Alæ fuscædine tinctæ, basi subhyalinæ, nervis ut in priori. Pedes virescentes tarsis fuscis.

*Obs.* Synonymia mihi non certa videtur ob affinitatem conspecierum & Cel. Auctorum descriptions breves, insufficientes; nec Fabricii Chr. *parvula* & *pusilla*, in America & Austria habitantes, hanc esse in suspicionem venire possunt.

Var b. ♂ duplo minor, obscurior, supra scilicet æneo-nigra, abdominis lateribus & segmento ultimo tantum obscure virescentibus. Anus vix emarginatus & alæ parum fuscidine tinctæ; in cæteris var. a simillima; in Ostro-Gothia unicum specimen inventum.

29. *Chr. Panzeri* punctata cyaneo-viridis; antennarum flagello nigro, tarsis subtessaceis, abdomine æneo-aurato, ano subcompresso integro, scutello exerto, acuto.

Fabr. Piez. 172. 9. *Chr. scutellaris* Panz. Fn. Germ. 51. t. 14. *Elampus Panzeri* Latr. Gen. Crust & Ins. T. 4. p. 45.

Hab. in hortis Scaniæ, Smolandiæ, Ostro- & Westro-Gothiæ mens. Jul. — Aug. passim frequens.

*Mas. & Fem.* Magnitudo *Chr. integræ*. A reliquis nostris differt scutello elevato piano acuto. Subgla-bra profunde pustata. Viridi-cyanea; thoracis dor-so magis viridi. Abdomen oblongo-ovatum, supra punctulatum, aureum, limbo antico virescente; seg-mentum ultimum acutum, rubro-cupreum, ano com-presso integro. Venter viridis. Alæ hyalinæ, in me-dio parum fuscedine tinctæ, puneto stigmaticalí distincto fusco. Pedes virescentes, tarsis subferrugineis

Obs. Secundum *Latreille* instrumenta cibaria hu-jus speciei a conspecierum paullo discrepant, unde distinctum genus hanc consideravit Clarissimus Auctor. An jure?

